Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis, Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

11 Jan. 3 Idus Jan.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53527

Visual Library

lus fuit cuſtos, qui olim S. Cæciliæ. quæ, ſedentis coram te, Dei Matris genibus advoluta , cùm oblatum tibi ab illâ librum diceres legere te neſcire, poſtea illâ magiſtrâ, & tu, & tuæ Virgines omnes, legere & cantare didiciſtis. quæ mortua viſa es, in veſte candidâ , in cælum ab Angelis deportari; corpore, fixum impudicæ obtutum , poſt mortem etiam, averſato , ideóque faciem contegente.

OMNES SANCTI, &c. *pag.* 44.

S. MARIA, *quæ* B. Oringæ *hodiernæ legendi ſcientiam impetrâſti ; ab illâ Chriſto aſſidere in throno , ac à Sanctis omnibus honorari conſpecta. Impetra mihi, ut ita te coner honorare in terris, ſicut honoraris in cælis!*

11 *Jan.* 3 *Idus* Jan.

S. Theodoſi, qui paucis panibus, centum , & ampliùs , menſas paviſti; frumento , è grano uno multiplicato, magnum granarium impleviſti: cujus veſtis cilicina, pro loricâ & thorace fuit Duci militum, ut vinceret: qui Baſilio tuo, id volenti , mortem ſuaviſſimam impetrâſti, & ipſe, toto ante præviſam mortem tuam triduo, de

cæleſti patriâ ſanctè diſſerens, illam abiiſti; impetra mihi mort ſanctam : impetra , ut ita nu meum corpus, & animam ad illu tranſitum diſponam, ut omnia, qu corpore, vel animo ago, ſint mi ſolatio morienti. Amen.

S. Hygine Papa Martyr.

S. Salvi Ep. qui è cælo, ad ha vitam remiſſus, à Deo audiſti: *V de; ego ſum cuſtos tuus, donec huc r ducam te.* & in feretro narrâſti, in cæli gaudiis vidiſſe gloriam De ubi eſt gloria, lux, odor, pax, anim ſuavitas. qui in S. Honorati Epiſ morientis obſequio vidiſti chor Sanctorum, & Angelorum canen tium, illúmque ad cælum ducen tium.

S. Egvvine Ep. qui pedes tuo ferreis vinculis adſtringens, clavem compedum, in Angliâ, in fluvium abjectam, Romæ verò in Tiberino piſce inventam, recepiſti; cilicio ſemper indutus. ad cujus tumulum plerumque, quolibet die ſabbati, æger aliquis ſanabatur: ad cujus altare, Cælites, matutinas preces, & Miſſam, cantare ſunt auditi: ac tu quoque, in Deiparæ templo, ab illâ ad altare deductus es.

Sancti Petre, Severe, & Leuci, MM.

S. Alexander Ep. M.

S. Salvi cum famulo Martyr; quorum ſacra cadavera cæleſtes duæ lampades prodidêre.

S. Leuci Ep. qui, tui antiqui nominis loco, nomen Leucii divinitùs accepiſti: cui è cælo dictum; *Leuci, Leuci, ecce nomen tuum in libro vitæ adſcriptum eſt, & memoriale tuum non delebitur de libro viventium.*

S. Palæmon Abba.

S. Anaſtaſi, qui cæleſti voce, *Anaſtaſi, veni!* evocatus ad cælum, cum octo aliis, nominatim itidem evocatis, abiiſti; & nono, idem optanti, mortem beatam impetrâſti.

S. Maxime Epiſcope.

S. Honorata Virgo.

OMNES SANCTI, &c. *pag.* 44.

S. MARIA, *quæ Sancto hodierno tuo* Egvvino, *ſacris operanti, adeſſe, & aliàs etiam illi benedicere conſpecta es. Benedic mihi, Mater, benedictione perpetuâ, ut ſim benedictus!*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN